

Conf: Larr IV.

Quartus sequitur Triumphus Paschalis fructus, qui est
 Spes Vita Aeterna. Dicite a. mihi, venerandi
 Auditores, unde proprie spes haec vita aeterna profluat?
 an e satisfactione nostrum aut e bonis profuit operibus,
 ut Pontificum fabulantur? Nequaquam: Proprie enim
 non aliunde nisi e solo ac unico Triumpho Christi Paschali,
 quem eivit a mortuis resurgens, ea dependet: Dependet
 a Christi nostra ad vitam aeternam resurrectione, resurrectione.
 Divum hic Petrum audiamus, *Jo. n.* alicubi sic inquit:
 Credo in Deum Patrem Domini Iesu Christi,
 qui iuxta copiosam suam misericordiam recevit
 nos in Spem vivam per resurrectionem Iesu
 Christi ex mortuis. In quam vero spem vivam
 receverit nos Deus, Pater Iesu Christi, propter
 resurrectionem Iesu a mortuis, forsitan ex me, aut
 Deo honoratissimi quaeritis? In spem, respondeo,
 vita aeterna. Surgente x: Capite una resurgent
 membra. quis nostrum est Caput? Nonne Christus Iesus?
 qui sunt membra ipsius? Nonne nos sumus qui
 Christi Nomen et Omen gerimus? Quenadmodum
 igitur Christus Iesus caput nostrum per mortem
 in gloriam intravit, ita et nos membra ipsius
 una cum ipso ad vitam aeternam resurrecturos
 esse credimus, confidimus. At haec quemadmodum
 Christus Iesus qui resurrexit, ad dexteram Dei
 Patris iam sedet: ita et nos secundum verba
 ipsius, inquitis: ubi ego, ibi et mei erunt,
 vita aeterna haeredes futuros nos fore spera-
 mus. Unde et est quod spes nostram omnem
 in Christum locemus unicum, quippe qui morte
 et resurrectione sua iustitiam atq. vitam aeternam
 nobis restauravit. Certo namq. persuasi nobis habemus,
 quod per Triumphum Christi Paschalem vitam tandem
 serig.